PS. EUSEBIUS CREMONENSIS. PS. AUGUSTINUS. PS. CYRILLUS HIEROSOLYMITANUS. ISIDORUS HISPALENSIS

Salzburg, 1470 Seite 98r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8135
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

instar flammas fetidissimas erumpe-
bat. Ad hanc itaque visionem subito
me tam vehemens timor arripuit. Ut
cum pluries loqui vellem, formandi
vocem nullatenus compos eram. Post-
modum aliquantulum in me rediens si meus
erat nepos voce cepi perquirere tremebunda.
Ad hec ille ullulatibus et suspiriis utinam
inquit non fuissem ne tam diris essem
cruciatibus deputatus. Nam scias me tar-
tareis mansionibus perpetuis temporibus
permansurum. Heu quid dicam. His dicti-
tantus mihi dolor affuit ut sim pluries
ad minus quomodo vita protinus non
discesserit. Longis autem expletis colloquiis
ab eodem sciscitatus sum. Cur domine mise-
ricordie fuisset sic expers, cum in mundo tot
virtutibus sic polleret. Pro nulla inquit me
scias causa fore dampnatum, nisi quia in ludis
maxime delectabar. At quia in morte acceptam
penitenciam quam in stulta ignorancia post-
posui confiteri. Divinam non merui veniam
adipisci. Et hec dicens a meis disparuit
oculis. Talis autem eo abeunte remansit
fetor ut in locum illum hactenus nullus aude-
at introire. Ecce quantum turpissimus ludi scele-
genus divine abhorrent maiestatis oculi.
Timeamus ergo ne nos bonorum rapiat

98